

II. Tonus Prophetiae.

Titulus.

L

Ecti- o I-sa- í- ae prophé- tae. Haec dí- cit Dómi- nus

, Flexa.




De- us : Dí- ci- te fi- li- ae Si- on : Ecce Salvá- tor tu- us ve- nit :

, Punctum.




ecce merces e- jus cum e- o. Quis est iste, qui ve- nit de

Interrogatio.




E- dom, tinctis vésti- bus de Bosra?... laudem Dómi- ni super

In fine.



ómni- bus quae réddi- dit no- bis Dómi- nus De- us no- ster.

Prophetiae Missarum (nisi concludendae sint recto tono ut dicitur infra) sic terminandae sunt (etiam si finiantur interrogativo modo).




Dómi- nus omní- pot- ens. id est tránsi- tus Dómi- ni.

Quando finis Lectionis annuntiat cantum sequentem, terminatur recta et protracta voce; ut fit in vigilia paschali post lectiones secundam et quartam, quae praenuntiant canticos Moysi; et post

Tonus Prophetiae.


121*

*Lectionem quintam in Sabbatis Quatuor Temporum quae praenuntiat
Canticum Trium Puerorum.*




et ad fi-nem usque complé-vit : in forná-ce di-cén-tes :

Flexa in monosyllaba vel hebraica voce.



ve-ní- te ad me. propter vos. De- i Ja- cob. in Je- rú- sa- lem. Spí-ri- tus est.	<i>vel :</i>	ve-ní- te ad me. pro- pter vos. De- i Ja- cob. Je- rú- sa- lem. Spí-ri- tus est.
---	--------------	--

Punctum in monosyllaba vel hebraica voce.



vi- num et lac. Dómi-nus lo- cú- tus est. dó-mu-i Ja- cob. e- ius Em- má- nu- el. Dó- mi- nus est.	<i>vel :</i>	vi- num et lac. lo- cú- tus est. dó-mu-i Ja- cob. Em-má- nu- el. Dó- mi- nus est.
---	--------------	---

Circa medium cujusque periodi, nisi sit brevissima, debet fieri flexa, vel plures flexae si periodus sit longior, ubi tamen sensus permittit. In hoc tono non fit metrum.

Flexa fit deprimendo tantummodo ultimam syllabam, etiam si penultima sit sine accentu. Ad punctum vero deprimitur etiam penultima si brevis sit.

Ad duo puncta quae praenuntiant rectam orationem, seu relatum sermonem, non fit vocis flexio, sed pausa tantum voce protracta :



Et di-xit : Sic-ut scriptum est : Audi-te domus Da-vid :

Periodus interrogativa sic terminatur :



Deus qui justificat,	quis est qui.....	con- dém-net?
Si Deus pro nobis,	quis.....	con- tra nos?
odísse póssumus	et di.....	lí- ge- re?
Fílius meus es tu,	ego hódie gé.....	nu- i te?
	Numquid omnes a-	pó- sto- li?
respóndit : Quid.....	vis fi- li?	
	Qua-mób-rem?	
	Sed quid?	
	Quae?	

Sed si periodus interrogativa sit longior, vox flectitur tantum paulo ante finem, ita ut inflexio incipiat in dictione quae cum sequentibus faciat aliquem sensum. Inferior vero nota semper fiat in syllaba antepenultima, etiam si penultima sit brevis (cf. supra diligere).

Ad punctum admirativum seu exclamans fit sicut ad punctum commune.

Haec modulatio ad punctum interrogativum fit semper loco flexae vel puncti communis in Lectione, in Prophetia, in Epistola et in Evangelio, servata intervallorum differentia. Sed in fine, concludi debet ut in loco suo notatur, etiam si desinat interrogativo modo, quia alioquin Chorus non deprehenderet lectionem esse terminatam.

III. Tonus Epistolae.

Pro Epistola, juxta usum recentem in Romano directorio traditum, vox aequaliter et protracte continuatur sine ulla modulatione, nisi quod ad interrogationem servatur tonus solitus interrogativi ut supra in Tono Prophetiae.

Ubi viget tonus ex traditione acceptus, servari potest. Quod etiam valet pro Oratione et Evangelio, ubi habentur proprii toni, dummodo a stylo gregoriano non discrepent.

Ubi tales toni non vigent, vel si dimittendi videantur, valde optandum est ut, loco praedictae lectionis in aequali voce, adhibeatur tonus sequens, olim fere ubique usurpatus, ab antiquo Cantorino Romano traditus, et hucusque in Ordinibus antiquis et multis Ecclesiis quoad substantiam servatus.